

omnis. de R. I. Godin. conf. 7. num. 17. Rol. à Fall. ede lucro dot. 9. 5. in pr. Juvenal. à Castaforti sit. Instit. de obligat. Borcholt. conf. 24. part. 1. fol. 346. pœna enim præsupponit dolum aut culpam. Ast ubi non est culpa, ibi quoque pœna nulla imponi potest. l. si qua pœna. de verb. signif. l. qui occidit. in fin. l. si putator. ad L. Aquilianam. l. sed si non data. §. final. de fideicom. libert. cap. quæsvit. de his quæ sunt à maj. parte capit. l. sancimus. C. de pœnis. c. sine culpa. de R. I. in 6.

Speid. notab. v. Abspannen.

Abtrieb. Jus retractus, protimiseos.

V. Lösen / Nehergelten / item, verb. Goldgulden / Est jus protimiseos, retractus, congrui. Reform. Francof. part. 2. t. 4. & prolixius in Reform. Solm part. 2. t. 12. dicitur alias, Vorkauff / Einstandkauff / Zugrecht / de quo tract. verb. Mart. Pegii. Gail. 2. obs. 19. Grev. 2. concl. 19. Ruding. cens. 2. obs. 21. Bitschius. add. Diether. in addit. præf. ad Speid. notab. v. Zugrecht. & infra lit. E. v. Einstand.

Abt. Abbas.

Speidel. in notab. A. 4. Befold. A. Wann der Abt die Würffel auflegt / ist dem Convent erlaubt zu spielen.

Ordo cucullatus poterit tunc esse beatus,
Si biberit flumen, si discat amare legumen,
Sed quia fabas spernit præ piscibus Abbas,
Majorum mores cupiunt retinere minores.

Kell. de off. jud. pol. l. 2. c. 11. pag. 383. ex Pacianini tract. de probat. l. 2. c. 34. num. 110. Bitschius. add. Diether. in contin. th. pr. Befold. & in additam. ad Speid. v. Abbates.

Abzug die dritte oder vierdt Garb.

Detractio mergitum.

Vide inf. lit. L. verb. Leibeigenschaft / & vom Abzug / seu jure migrationis, lit. N. verb. Nachsteuer.

Affisæ. Accise / Affise / Ziese / verziessen.

Affisæ propriè dicuntur ea tributa, quæ in Civitatibus, &c. pro certis rebus frumento aut aliis mercibus inferuntur, & hæ privata Magistratus autoritate ex vi jurisdictionis pro usu Reipublicæ institui possunt. dictasque putat Petr. Frider. Mindan. 2. de Mandat. c. 42. n. 3. à Gallico Affise, quod confessum significat, quia teloni in suis teloniis plerumque sedent: indeque apud Germanos valdè usitatum, Zise / Affise / Accise / verziessen / pro Zoll / zollen / verzollen. Sic accisa de cerevisia sumitur, Biersteuer / Bierrecht / quæ quia solvitur in recognitionem superioritatis, inter fructus Jurisdictionis & subjectionis tesseram refertur. Knichen, de sublimi territorii jure, cap. 3. n. 332. fol. 92. Vide Everhard. à Midelburg. conf. 42. n. 39.

add. Befoldi contin. v. Tribut. & v. Umbgeld. Speid. in notab. v. Accis, item Umbgeld.

Ach. Væ, Eheu.

Vide infr. lit. R. verb. Rinnen.

Ach idem est, quod aqua veteribus: alias væ, interpretatur per Ach & Wehe. Latinis, ah.

add. Befold. th. pr. v. h. Speid. h. verb. Glossar. Schilt. verb. Aha.

Acht / Bann / Verfestung / Feste / Achtbrieff / Aberacht. Bannum, Proscriptio.

Acht und Bann / bannum & annotatio: hinc bannitus, proscriptus, ein Echter der in Bann erkläret. Vide notationem nominis apud Gail. 2. lib. 2. de pace publica. 1. in princ.

Bannum aut est generale imperii, aut speciale bannum alicujus status Imperii, puta Principis, Civitatis, &c.

Bannum Imperiale & generale, des H. Römischen Reichs Acht und Bann / est Imperii judicialis censura, qua violatoribus pacis publicæ aqua & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi: ab omnibus verò impune, tam in persona, quàm rebus offendi possint. Vide Ordinat. Cam. part. 2. tit. 9. §. So jemand. & infr. lit. E. in verb. Eht. Hocque bannum Imperiale etiam contra contumaces decernitur. Ac ejus pœnam nemo, nisi solus Imperator, eoque absente Rex Roman. vel Camera Imperialis irrogare potest.

Inferiores enim à summo Principe, cæterique Magistratus, non banno, sed relegationibus, aliisque pœnis juris communis utuntur, qua de re vide Modestin. Pistor. illustr. quest. 26. incip. dubitari potest. Gail. de pace publ. c. 9. & lib. 2. de pace publ. c. 1. n. 27. & lib. 1. c. 11. n. 3. eod. Rosenthal. de feud. c. 10. concl. 35. n. 72. taliaque banna Principum inferiorum ac Civitatum Imperialium, ultra eorum territoria non extenduntur, quia eorum jurisdictionis territorio limitatur. Gail. d. c. 6. n. 12. cum contra bannum Imperiale, quod à Cæsare, vel suæ Majestatis nomine à Camera Imp. irrogatur, generale sit, propter universalem Cæsaris jurisdictionem, quam in omnes omnium Ordinum personas, cujuscunque dignitatis & excellentiæ ex æquo habet, ita quòd ab Imperatore bannitus, des H. Reichs Echter / ubique terrarum in Imperio pro bannito reputetur, & ab omnibus tanquam communis omnium hostis, impune offendi possit, per text. in l. deprecatio. D. ad L. Rhod. de jactu. l. benè à Zenone. C. de quadr. præscript. gl. ib. in verb. omni. & gloss. in §. 1. verb. rebellando. in fin. qui sint rebell. in extrav. Gail. d. c. 6. n. 14. & lib. 1. de pace pub. c. 11.

In Camera banniti infractæ pacis publicæ vel aliis causis salvum conductum non impetrant. Gail. 2. pac. publ. 11. num. 10. Potest enim & debet ejusmodi bannitus per procuratorem comparere. Idem 1. pac. publ. 9. Myns. 1. obs. 82. Cacher. decis. 88. n. 4. Guido Pap. decis. 418. Capell. Tholos. q. 460. Fachin. 9. contr. 62. & 63.

Huc referre placet & illud communiter placitum, quòd Advocatus proscripti non incidat in pœnam statuti, quæ auxiliatoribus banni infligitur. Soarez. lit. A. 94. Clar. §. ult. q. 82. stat. 2. quia defensio, quæ juris naturalis est, nemini debet adimi. Bannum autem illud speciale de jure Sax. iterum duplex est, Acht und Oberacht / vel Aberacht. (Idemque servatur etiam in Landgericht Herzogthumbs zu Brancken. Vide Bischoff Lorenzen